V. Gaude & lætare, Virgo Maria, alleluia.
R. Quia ſurrexit Dominus vere. alleluia.

Autre Antienne à la Vierge.

SAlve, Regina, mater miſericordiæ : vita, dulcedo et ſpes noſtra, ſalve. Ad te clamamus exulas filii Evæ. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle Eia ergo, Advocata noſtra, illos tuos miſericordes occulos ad nos converte. Et Jeſum, benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens, ô pia, ô dulcis, Virgo Maria.

V. Ora pro nobis. Sancta Dei Genitrix.
R. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Autre Antienne à la Vierge.

INviolata, integra et caſta es, Maria,
Quæ es effecta fulgida cœli porta
O mater alma Chriſti cariſſima,
Suſcipe pia laudem præconia.
Noſtra ut pura pectora ſint et corpora,
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulciſona,
Nobis concedas veniam per ſæcula.
O benigna ! O Maria ! O Virgo pia.
Quæ ſola inviolata permanſiſti.

FINIS.